

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Supplementum omnium eorum, quae in veteri Breviario  
Einsidlensi desiderantur quaeque per Novissimam Bullam  
Clementis XII [...] sub regula s. P. Benedicti in tota  
Germania militantibus die Nov. 1787 ...**

**Klemens <XII., Papst>**

**[Ettenheimmünster], 1738**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-120349](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-120349)

Copia Bullæ  
Novo Breviario Einsidlensi  
præfixæ.

VII  
hann. Hoff  
Hyelem  
Ebersmuse

## CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam. Inter gravissima sacrosancti Apostolatus nobis planè immerentibus iniuncti munera illud non ultimum, imò præcipuum esse reputantes, ut, quem Religionis sensum natura nobis indidit, ut laudemus, celebremus, et glorificemus iugiter Dominum omnium conditorem, propter quod rationales facti sumus, et à brutis differimus, iuxta ritum Ecclesiasticæ traditionis Psalmody, precibusque consuetis, Divinum, et Apostolicum præceptum semper orandi implentes, ritè, studiosèque alere, fovere, et augere Apostolica auctoritate, ac sollicitudine curemus,

in id grato, libentique animo Studium, operam, curasque nostras, ubicunque ad Divini honoris incrementum conducere intelligimus, collocare maximopere satagimus. Cum itaque nobis nuper exposuisset Dilectus Filius Nicolaus de Rupe Insignis Monasterij Einsidlenfis Ordinis S. Benedicti Abbas, S. R. I. Princeps, quod, cum Breviarium Monasticum prefati Ordinis, quod hactenus in Helvetia et Germania eiusdem Ordinis Monachi, ac Moniales utebantur, typis iterum imprimendum esset, ac multis correctionibus, additionibusque indigere animadvertisset; ipse vero pro eximio ad Regularem Monasticam Disciplinam observantiam conservandam, provehendamque zelo cupiens, ut accuratè emendatum, omnibusque numeris absolutum in lucem prodiret; Nobis propterea pro Filiali sua erga Apostolicam hanc Sanctam Sedem, nosque ipsos obedientia humiliter supplicari fecit Breviarü Revisionem, Correctiones, Additionesque per Congregationem Venerabilium

Fratrum M  
Ritibus p  
quod Nos p  
cum Domino  
re volente  
nobis, præd  
in Domino  
revisio, em  
per eandem  
autem Di  
S. R. E. Ca  
omnibus  
na, ut pr  
sibi Brev  
ret, atque  
deret; I  
Valentibus  
dario. No  
tario nunc  
ac fidei P  
hor negoti  
modi aude  
tare, adhi  
perâ, et

Fratrum Nostorum S.R.E. Cardinalium Sacris  
 Ritibus præpositorum fieri dignaremur. Hinc est,  
 quod Nos pius eiusdem Nicolai Abbatis, quantū  
 cum Domino possumus, votis favorabiliter annue-  
 re volentes, atque ipsius Pietatem, et debitam  
 nobis, prædictæque Sedi reverentiam plurimum  
 in Domino comendantem, in mandatis dedimus, ut  
 revisio, emendationes, et additiones, ut præfertur,  
 per eandem Congregationem peragerentur. Postquam  
 autem Dilectus Filius noster Georgius eiusdem  
 S.R.E. Cardinalis Spinula nuncupatus, cui cum  
 omnibus facultatibus necessariis et opportunis, nec  
 non, ut pro suo Arbitrio, ac Prudentia exhibitum  
 sibi Breviarium prædictum corrigeret, et emenda-  
 ret, atque insuper ad illius approbationem proce-  
 deret; Dilecto tamen Filio Magistro Ludovico de  
 Valentibus in utraque signatura nostra Referen-  
 dario, Nostro, et Apostolicæ sedis Notario Proto-No-  
 tario nuncupato supra numerum participantium,  
 ac fidei Promotore audito, in quibus opus fuisset,  
 hoc negotium comissum fuerat, Breviarium huius-  
 modi audito, ut præmittitur, eodem fidei Promo-  
 tore, adhibitæque etiam eruditorum Virorum o-  
 perâ, et studio, emendatum, reformatum, et addi-

tionibus autum approbavit. Subinde eadē Congregatio Cardinalium omnia, et singula relata, et exposita ab ipso Georgio Cardinale confirmavit per suum Decretum Tenoris sequentis, videlicet.

I. Calendarū instaurationem, cum propriis Sanctorum nominibus in eo descriptis, et designatis. Item declarationem classis, et ritus, quo singulaeque Sanctorum Officia diebus eorum festis tum in Germania, tum in Helvetia erunt imposterum peragenda.

II. Rubricas Generales Breviario antepositas, et alias à Sacra Rituum Congregatione die 16. Aprilis M DC XXXIX. approbatas, una cum novis declarationibus, et additionibus, quæ diverso caractere imprimenda erunt; quatenus eadem antiquæ Rubricæ Generales nulli unquam mutationis vitio subesse possint, sed semper prout editæ primū, et approbatæ fuerunt, in sua observantia vigentes à mox sive declaratis, sive additis dignoscantur.

III. Psalterium unā cum Cōmuni Sanctorum loco suo in nova impressione de more apponendo; firmā remanente correctione Antiphonarum, Responsoriorum, et interpunctionum, nec non cum Hymnis, Lectionibus, et Homiliis in Evangelia.

IV. *Proprium, quod nuncupatur de Tempore cum Hymnis, Psalmis, Antiphonis, Versiculis, Responsoriis brevibus, et prolixis, Lektionibus, Scriptura sacra, Evangelius, et Homiliis.*

V. *Alterum Proprium dictum Sanctorum iuxta recens instituti, et emendati Calendarii enuntiatione, una cum propriis eorundem Sanctorum Orationibus, Lektionibus, Antiphonis, Responsoriis, Homiliis, aliisque in eo expressis, et comprehensis. Insuper Appositionem ad Calcem Breviarii adiungendam Lektionum illorum Sanctorum, quorum officia in particularibus Ordinis sancti Benedicti Congregationibus fieri consueverunt, dummodo praedictae Lektionen ex sedis Apostolicae concessione iam recitentur.*

VI. *Et denique Rubricas quascunque Particulares descriptas, et adnexas tam Psalterio, quam uni et alteri proprio de Tempore, ac Sanctorum Respondentes profecto, et consonas expressis in Breviario Monastico totius Ordinis sancti Benedicti, summorum Pontificum Pauli V. et Urbani VIII. auctoritate recognito, nec non novissimis praefatae Rituum Congregationis Decretis praelaudato Georgio Cardinale referente, die v. Maii et xxiii. Junii elapsi anni vulgatis super plurimis ab eodem Abbate Einsidlensi*

e eade Con-  
la relata, et  
firmavit  
videlicet.  
proprius  
designatis.  
singula  
m festis tum  
in posterum  
tepositas,  
die ibi. Apri-  
novis de.  
erfo caracte.  
em antiquae  
tationis vitio  
primam, et  
igentes a moy  
ar.  
anctorum loco  
nendo; firma  
a. Responsorio.  
a Hymnis, Lec-

hac super re propositis dubiis. Porro, cum omnia,  
 et singula ita, ut præfertur, à ~~p~~ dicta Congrega-  
 tione confirmata, atque etiam, ut, secundum su-  
 perius dicta Breviarium præfatum ederetur, sta-  
 tutum, nec non consultum, et supplicatum esset,  
 ut præmissa, quo firmitus, stabiliusque subsiste-  
 rent, Apostolicæ confirmationis nostræ munimine  
 roborare dignaremur: Nos igitur eiusdem Nico-  
 lai Abbatis supplicationibus nobis super hoc humiliter  
 porrectis, inclinati, de eiusdem Congregationis con-  
 silio, Breviarium huiusmodi modo, ac forma iis-  
 dem, quibus correctum, emendatum, et additio-  
 nibus, ut præmittitur auctum, non solum Apo-  
 licâ auctoritate Tenore præsentium confirmamus,  
 et approbamus, illique Apostolicæ firmitatis ro-  
 bur adiicimus, verum etiam omnes, et singulos Mona-  
 chos et Moniales sub præfata S. Benedicti Regula per  
 Helvetiam, et Germaniam militantes, qui, et quæ  
 ad persolvendas quotidie horas Canonicas tenentur,  
 vehementer hortamur, iisdemque iniungimus, ut dein-  
 cept eodem Breviario tam in Choro, quam extra illum  
 semper utantur. Salva tamen semper in præmissis  
 auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.  
 Districtius inhibentes omnibus et singulis sive Monachis,

sive Monial  
 tia, quam  
 cunque et  
 Solvendas  
 mutare, au  
 viario imp  
 seu præsu  
 auctoritat  
 literas fi  
 et fore,  
 tus sor  
 ad quas  
 plenissi  
 violabilit  
 quoscunq  
 sarum Pa  
 definiti d  
 super his  
 ter, vel ig  
 obstantibus  
 Apostolicis

sive Monialibus præfati Ordinis tam in Helve-  
 tia, quam in Germania, ut præmittitur, qua-  
 cunque etiam dignitate fulgentibus, et ad per-  
 solvendas Horas Canonicas obstrictis, ne aut  
 mutare, aut addere quidquam in eodem Bre-  
 viario impostero quocunque pacto audeant,  
 seu præsumant sine præfata Apostolicæ sedis  
 auctoritate. Decernentes easdem præsentis  
 literas firmas, validas, et efficaces existere,  
 et fore, suosque plenarios, et integros effec-  
 tus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos, et  
 ad quas spectat, et spectabit in futurum,  
 plenissimè suffragari, et ab eis respectivè in-  
 violabiliter observari; sicque in præmissis per <sup>judices</sup>  
 quoscunque Ordinarios, et delegatos, etiam cau-  
 sarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, et  
 deffiniri debere, ac irritum, et inane, si secus  
 super his à quoquam quavis auctoritate scien-  
 ter, vel ignoranter contigerit attentari. Non-  
 obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus  
 Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque.

iam omnia,  
 a Congrega-  
 undum sa-  
 leretur, sta-  
 tum esset,  
 e subsiste-  
 minimine.  
 ydem Nico.  
 hoc humiliter  
 gationis con-  
 forma iij-  
 et additio-  
 um Apосто-  
 confirmans,  
 irmitatis ro-  
 ngulos Mons-  
 et Regula per  
 qui, et que  
 icas tenentur,  
 agimus, ut dein-  
 am extra illum  
 in præmissis  
 Cardinalium  
 alis sive Monachis



Volumus autem, ut earundem præsentium  
 literarum transumptis, seu Exemplis etiam  
 impressis manu alicuius Notarii Publici subscrip-  
 tis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica dignita-  
 te constitutæ munitis, eadem prorsus fides  
 ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis  
 præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostense. Da-  
 tum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem,  
 sub Annulo Piscatoris die X. Novembris MDCCXXXVII.  
 Pontificatûs nostri Anno Octavo.

I. C. Oliverius.

Decreta Congregationis Sacrorum Ri-  
 tuum, pro Sanctis ad libitum.

Sacra Rituum Congregatio habita die 2. Decemb.  
 1673. statuit ex mandato Clementis X. Festa  
 Sanctorum ad libitum in posterum non esse  
 transferenda, si eorum festivitas incidat in  
 diem Dominicam, vel aliquem diem festorû  
 mobilium, sed tunc illo anno eorum officia

XV  
esse omittenda. Quod ipsum postea Clemens  
Innocentius Papa XI. in Congregatione habita  
24. Januarii 1682. generali Decreto confirma-  
vit, et extendit insuper etiam ad Octavas, et  
natalitia Sanctorum de præcepto in aliqua  
Religione, vel Diocesi ex indulto Apostolico re-  
citanda. Ita, ut ne quidem dictis festis, vel  
Octavis festa ad libitum tunc incidentia pos-  
sint recitari, sed omitti profus debeant. Per-  
misit tamen, ut festum Translatum, quod eodē  
aliā die celebrandum foret, in alium diem  
non impeditum transferatur: item, ut eo-  
dem die omitti possit officium semel per heb-  
domadam, aut mensem recitandum ex indul-  
to Apostolico, ut ita locus sit celebrando offi-  
cio ad libitum.

Pro Sanctis in Martyrologio  
non descriptis.

Officia Sanctorum ratione corporis, seu insignis

XVI

reliquiae recitanda ex Decreto Sac. Rit. Congr. ii. Augusti 1691. intelligi debere de sanctis duntaxat in Martyrologio Romano descriptis, et dummodo constet de identitate Corporis, seu Reliquiae insignis illiusmet Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus: de ceteris autem Sanctis in praedicto Martyrologio non descriptis, aut quibus à S. Sede non fuerit specialiter concessum, officia recitare, et Missas celebrari vetuerunt, non obstante, quod ipsorum Corpora, vel insignes Reliquiae in Ecclesiis aserventur, quibus tamen ab Ordinariis locorum approbatis debitam fidelium venerationem (: prout hactenus servatum est :) exhibendam esse censuerunt, sed absque Officio et Missa, sub pœnis de non satisfaciendo præcepto recitandi officium, aliisque in Constitutione S. Pii contentis. Die ii. Augusti 1691.

et Sanctiss: approbavit die 19. Octobris <sup>XVII</sup>  
eiusdem anni 1691.

Loco + Sigilli.

I. Vallemanus S. R. C.  
Secretarius.

## Decreta generalia circa Rubricas.

Cum Sacrorum Rituum Congregationi  
demissè supplicatum fuerit sequentia  
dubia declarare.

Primum. An, cum multis Congregatio-  
nibus, Religionibus, sive Ecclesijs, vel Natio-  
nibus concessum sit à S. Sede Apostolica, ut  
semel, vel pluries in singulis hebdomadis,  
vel mensibus celebrentur varia officia per  
annum, V. G. de Sanctissimo Sacramento  
vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo

festo duplici, vel Semiduplici, licet eiusmodi officia facere etiam in diebus s. Quadragesimæ, Adventûs, Vigiliarum, et Quatuor Temporum, etiamsi de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus officiorum concessionibus?

Secundum. An dies impeditus festo duplici vel semiduplici pro dictis officiis recitandis, intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est officium de festo duplici, vel semiduplici translato, quemadmodum dicitur, responsum fuisse olim à S. Congregatione: Quod scilicet festum duplex, vel semiduplex etiam translatum, nec non dies Octavæ sit dies impeditus respectu talium officiorum.

Tertium. An Regulares absque speciali privilegio, sed solum communicatione privilegiorum aliarum Religionum possint addere

no men Sancti Fundatoris in Litanis, et Con-  
fiteor, itemque recitare officia, et Missas  
Concessas aliis Religionibus?

Sacrorum Rituum eadem Congregatio  
ad relationem Eminentissimi, et Reveren-  
dissimi Dni Cardinalis Colloredo respondit;

Ad Primum, Negative, et huiusmodi in-  
dulta non habere locum in feriis Adventus,  
Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigilia-  
rum sive cum ieiunio, sive absque ieiunio, nec  
in feria secunda Rogationum, vel in illa Feria,  
in qua secundum Rubricas sit reponendum  
officium Dominica.

Ad Secundum, Affirmative.

Ad Tertium, Negative in omnibus.

Et ita declaravit, ac servari voluit. Ac insuper, ut  
declarationes, seu Decreta prædicta omnibus inno-  
tescant, typis ea imprimi mandavit. die 20. Martij 1706.

G. Cardinalis Carpineus

Loco † Sigilli.

B. Inghyrami S.R.C.  
Secr:

XX

max conl  
p. 10  
s. 10

Tabella Temporaria

Anni Domi ni.	Litteræ Domi ni cales.	Aure, Nume rus.	Epac- tæ.	Septua- gesima.	Dies Cinerum	Pascha.
1740	c b	12	I	14. Febr.	2. Mart.	17. April.
1741	A	13	XII	29. Janu.	15. Febr.	2. April.
1742	g	14	XXIII	21. Janu.	7. Febr.	25. Mart.
1743	f	15	IV	10. Febr.	27. Febr.	14. April.
1744	e d	16	XV	2. Febr.	19. Febr.	5. April.
1745	c	17	XXVI	14. Febr.	3. Mart.	18. April.
1746	b	18	VII	6. Febr.	23. Febr.	10. April.
1747	A	19	XVIII	29. Janu.	15. Febr.	2. April.
1748	g f	i	✽	11. Febr.	28. Febr.	14. April.
1749	e	2	XI	2. Febr.	19. Febr.	6. April.
1750	d	3	XXII	25. Janu.	11. Febr.	29. Mart.
1751	c	4	III	7. Febr.	24. Febr.	11. April.
1752	b A	5	XIV	30. Janu.	16. Febr.	2. April.
1753	g	6	XXV	18. Febr.	7. Mart.	22. April.
1754	f	7	VI	10. Febr.	27. Febr.	14. April.
1755	e	8	XVII	26. Janu.	12. Febr.	30. Mart.
1756	d c	9	XXVIII	15. Febr.	3. Mart.	18. April.
1757	b	10	IX	6. Febr.	23. Febr.	10. April.
1758	A	11	XX	22. Janu.	8. Febr.	26. Mart.
1759	g	12	I	11. Febr.	28. Febr.	15. April.
1760	f e	13	XII	3. Febr.	20. Febr.	6. April.
1761	d	14	XXIII	18. Janu.	4. Febr.	22. Mart.
1762	c	15	IV	7. Febr.	24. Febr.	11. April.
1763	b	16	XV	30. Janu.	16. Febr.	3. April.
1764	A g	17	XXVI	19. Febr.	7. Mart.	22. April.
1765	f	18	VII	3. Febr.	20. Febr.	7. April.
1766	e	19	XVIII	26. Janu.	12. Febr.	30. Mart.
1767	d	i	✽	15. Febr.	4. Mart.	19. April.

Anni Domi ni.	Alice
1740	26. M.
1741	11. M.
1742	3. M.
1743	23. M.
1744	14. M.
1745	27. M.
1746	19. M.
1747	11. M.
1748	23. M.
1749	15. M.
1750	7. M.
1751	20. M.
1752	11. M.
1753	31. M.
1754	23. M.
1755	8. M.
1756	27. M.
1757	19. M.
1758	4. M.
1759	24. M.
1760	17. M.
1761	30. M.
1762	20. M.
1763	12. M.
1764	31. M.
1765	16. M.
1766	8. M.
1767	28. M.

## Festorum Mobilium.

XXI

Anni Domini.	Ascensio.	Pentecostes.	Corpus Christi.	Indictio.	Lit: Martirol.	Dom: Post-Pentec.	Dom: i. Adventus.
1740	26. Maii.	5. Junii	16. Junii	3	a	24	27. Nov.
1741	ii. Maii.	21. Maii	1. Junii	4	m	27	3. Dec.
1742	3. Maii.	13. Maii	24. Maii	5	D	28	2. Dec.
1743	23. Maii.	2. Junii	13. Junii	6	d	25	1. Dec.
1744	14. Maii.	24. Maii	4. Junii	7	q	26	29. Nov.
1745	27. Maii.	6. Junii	17. Junii	8	G	24	28. Nov.
1746	19. Maii.	29. Maii	9. Junii	9	g	25	27. Nov.
1747	ii. Maii	21. Maii	1. Junii	10	t	27	3. Dec.
1748	23. Maii	2. Junii	13. Junii	11	P	25	1. Dec.
1749	15. Maii	25. Maii	5. Junii	12	l	26	30. Nov.
1750	7. Maii	17. Maii	28. Maii	13	C	27	29. Nov.
1751	20. Maii	30. Maii	10. Junii	14	c	25	28. Nov.
1752	ii. Maii	21. Maii	1. Junii	15	p	27	3. Dec.
1753	31. Maii	10. Junii	21. Junii	1	F	24	2. Dec.
1754	23. Maii	2. Junii	13. Junii	2	f	25	1. Dec.
1755	8. Maii	18. Maii	29. Maii	3	f	27	30. Nov.
1756	27. Maii	6. Junii	17. Junii	4	M	24	28. Nov.
1757	19. Maii	29. Maii	9. Junii	5	i	25	27. Nov.
1758	4. Maii	14. Maii	25. Maii	6	A	28	3. Dec.
1759	24. Maii	3. Junii	14. Junii	7	a	25	2. Dec.
1760	15. Maii	25. Maii	5. Junii	8	m	26	30. Nov.
1761	30. April	10. Maii	21. Maii	9	D	28	29. Nov.
1762	20. Maii	30. Maii	10. Junii	10	d	25	28. Nov.
1763	12. Maii	22. Maii	2. Junii	11	q	26	27. Nov.
1764	31. Maii	10. Junii	21. Junii	12	G	24	2. Dec.
1765	16. Maii	26. Maii	6. Junii	13	g	26	1. Dec.
1766	8. Maii	18. Maii	29. Maii	14	t	27	30. Nov.
1767	28. Maii	7. Junii	18. Junii	15	P	24	29. Nov.



## Tabella Temporalia

Anni Domini.	Litteræ Dominales.	Aureus Numerus.	Epactæ.	Septagesima.	Dies Cinerum	Pascha.
1768	c b	2	XI	31. Janu.	17. Febr.	3. April.
1769	A	3	XXII	22. Janu.	8. Febr.	26. Mart.
1770	g	4	III	11. Febr.	28. Febr.	17. April.
1771	f	5	XIV	27. Janu.	13. Febr.	31. Mart.
1772	e d	6	XXV	16. Febr.	4. Mart.	19. April.
1773	c	7	VI	7. Febr.	24. Febr.	11. April.
1774	b	8	XVII	30. Janu.	16. Febr.	3. April.
1775	A	9	XXVIII	12. Febr.	1. Mart.	16. April.
1776	g f	10	IX	4. Febr.	21. Febr.	7. April.
1777	e	11	XX	26. Janu.	12. Febr.	30. Mart.
1778	d	12	I	17. Febr.	4. Mart.	19. April.
1779	c	13	XII	31. Janu.	17. Febr.	4. April.
1780	b A	14	XXIII	23. Janu.	9. Febr.	26. Mart.
1781	g	15	IV	11. Febr.	28. Febr.	17. April.
1782	f	16	XV	27. Janu.	13. Febr.	31. Mart.
1783	e	17	XXVI	16. Febr.	5. Mart.	20. April.
1784	d c	18	VII	8. Febr.	27. Febr.	11. April.
1785	b	19	XVIII	23. Janu.	9. Febr.	27. Mart.
1786	A	1	*	12. Febr.	1. Mart.	16. April.
1787	g	2	XI	4. Febr.	21. Febr.	8. April.
1788	f e	3	XXII	20. Janu.	6. Febr.	23. Mart.
1789	d	4	III	8. Febr.	27. Febr.	12. April.
1790	c	5	XIV	31. Janu.	17. Febr.	4. April.
1791	b	6	XXV	20. Febr.	9. Mart.	24. April.
1792	A g	7	VI	7. Febr.	22. Febr.	8. April.
1793	f	8	XVII	27. Janu.	13. Febr.	31. Mart.
1794	e	9	XXVIII	16. Febr.	5. Mart.	20. April.
1795	d	10	IX	1. Febr.	18. Febr.	5. April.
1796	c b	11	XX	24. Janu.	10. Febr.	27. Mart.
1797	A	12	I	12. Febr.	1. Mart.	16. April.
1798	g	13	XII	4. Febr.	21. Febr.	8. April.
1799	f	14	XXIII	20. Janu.	6. Febr.	24. Mart.
1800	e	15	IV	9. Febr.	26. Febr.	13. April.

## Festorum Mobilium.

XXIII

Pascha.	Anni Domini.	Ascensio.	Pentecostes	Corpus Christi	Indictio	Littera Martyrologii	Dom. post Pentec.	Dom. 1 <sup>o</sup> adventus.
3. April.	1768	12. Maii	22. Maii	2. Junii	i	I	26	27. Nov.
26. Mart.	1769	4. Maii	14. Maii	25. Maii	2	C	28	3. Dec.
17. April.	1770	24. Maii	3. Junii	14. Junii	3	c	25	2. Dec.
31. Mart.	1771	9. Maii	19. Maii	30. Maii	4	P	27	1. Dec.
19. April.	1772	28. Maii	7. Junii	18. Junii	5	F	24	29. Nov.
11. April.	1773	20. Maii	30. Maii	10. Junii	6	f	25	28. Nov.
3. April.	1774	12. Maii	22. Maii	2. Junii	7	f	26	27. Nov.
16. April.	1775	25. Maii	4. Junii	15. Junii	8	M	25	3. Dec.
7. April.	1776	16. Maii	26. Maii	6. Junii	9	i	26	1. Dec.
30. Mart.	1777	8. Maii	18. Maii	29. Maii	10	A	27	30. Nov.
19. April.	1778	28. Maii	7. Junii	18. Junii	11	a	24	29. Nov.
4. April.	1779	13. Maii	23. Maii	3. Junii	12	m	26	28. Nov.
26. Mart.	1780	4. Maii	14. Maii	25. Maii	13	D	28	3. Dec.
15. April.	1781	24. Maii	3. Junii	14. Junii	14	d	25	2. Dec.
31. Mart.	1782	9. Maii	19. Maii	30. Maii	15	g	27	1. Dec.
20. April.	1783	29. Maii	8. Junii	19. Junii	i	G	24	30. Nov.
11. April.	1784	20. Maii	30. Maii	10. Junii	2	g	25	28. Nov.
27. Mart.	1785	5. Maii	15. Maii	26. Maii	3	t	27	27. Nov.
16. April.	1786	25. Maii	4. Junii	15. Junii	4	P	25	3. Dec.
8. April.	1787	17. Maii	27. Maii	7. Junii	5	I	26	2. Dec.
23. Mart.	1788	1. Maii	11. Maii	22. Maii	6	C	28	30. Nov.
12. April.	1789	21. Maii	31. Maii	11. Junii	7	c	25	29. Nov.
4. April.	1790	13. Maii	23. Maii	3. Junii	8	P	26	28. Nov.
24. April.	1791	2. Junii	12. Junii	23. Junii	9	F	23	27. Nov.
8. April.	1792	17. Maii	27. Maii	7. Junii	10	f	26	2. Dec.
31. Mart.	1793	9. Maii	19. Maii	30. Maii	11	f	27	1. Dec.
20. April.	1794	29. Maii	8. Junii	19. Junii	12	M	24	30. Nov.
5. April.	1795	14. Maii	24. Maii	4. Junii	13	i	26	29. Nov.
27. Mart.	1796	5. Maii	15. Maii	26. Maii	14	A	27	27. Nov.
16. April.	1797	25. Maii	4. Junii	15. Junii	15	a	25	3. Dec.
8. April.	1798	17. Maii	27. Maii	7. Junii	i	m	26	2. Dec.
24. Mart.	1799	2. Maii	12. Maii	23. Maii	2	D	28	1. Dec.
13. April.	1800	22. Maii	1. Junii	12. Junii	3	d	25	30. Nov.